



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CCCLXXIV. Der Domherr Eimike von Lämmershausen zu Magdeburg erhält die dortige Curie des Domstifts Brandenburg auf Lebenszeit, am 25. Jan. und 2. Febr. 1389.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

CCCLXXIII. Ablassbrief des Bischofs Dietrich von Havelberg für den Dom zu Brandenburg, vom 6. Jan. 1389.

Vniversis sancte matris ecclesie filiis presentes litteras inspecturis, Johannes, Dei gratia Episcopus ecclesie Havelbergensis — Cupientes itaque ut ecclesia Brandenburgensis congruis honoribus frequentetur et sancti Dei qui in celestibus habitant — devote honorentur — de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus meritis confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui dietam ecclesiam Brandenburgensem indulgentie causa visitaverint, qui divino officio interfuerint et in ea flexis genibus ob reverentiam sanctorum sanctorumque, quorum seu quarum reliquie in dicta ecclesia continentur, et coram eis quinquies orationem dominicam scilicet Pater noster cum totidem Ave Maria devote compleverint, de qualibet dictarum reliquiarum particula quadraginta dies; Eis vero, qui ob dignam reverentiam Dei omnipotentis et beatissime Marie Virginis, beatorum Petri et Pauli Apostolorum, in cujus honorem dicta ecclesia dinoscitur consecrata, cimiterium ejus circumiverint tribus vicibus, dominicam orationem scilicet Pater noster cum tot Ave maria dixerint, similiter dies quadraginta, illis vero, qui ad fabricam ecclesie supradicte manus adjutrices porrexerint, aut ipsam verbo vel facto promoverint, consilium auxilium seu favorem presterint divine propiciationis gratiam petitori, quadraginta dies indulgentiarum de injunctis eis penitentibus, quotiescunque quodocunque et ubicunque premissa vel eorum alterum fecerint, misericorditer in Domino relaxamus, dummodo Reverendi in Christo Patris et Domini, Domini Thyderici nunc dicte ecclesie Brandenburgensis Episcopi consensus affuerit et voluntas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum autenticum presentibus est appensum sub Anno Domini millesimo tricentesimo octogesimo nono, ipso die Epyphanie Domini nostri Jhesu Christi.

Serkens Stiffts-Historie S. 633.

CCCLXXIV. Der Domherr Eimike von Lammershausen zu Magdeburg erhält die dortige Curie des Domstifts Brandenburg auf Lebenszeit, am 25. Jan. und 2. Febr. 1389.

Ego Eimiko de Lemershusen, Canonicus sancti Nicolai novi fori Magdeburgensis, presentibus recognosco, me emisse curiam honorabilium virorum, dominorum prepositi et Capituli ecclesie Brandenburgensis, juxta continentiam literarum suarum, quarum tenor sub meo sigillo sequitur in hec verba: Hentzo prepositus et Capitulum ecclesie Brandenburgensis recognoscimus in his scriptis, quod curiam nostram in Magdeburg, sitam prope eam curiam, in qua est capella beati Georgii Martiris propter nostram minus continuam inhabitationem, in libertate et iuris sui atque nostri defensione, ac edificiorum, nunc in eadem curia existentium, in esse conservatione et melioratione, habita super hoc deliberatione diligenti, vendidimus honorabili viro domino Emikoni de Lemershusen, Canonico sancti Nicolai novi fori Magdeburgensis de cuius legalitate in domino plenam gerimus confidentiam, per eum huius modi curiam et nos in singulis prescriptis utiliter et laudabiliter conservandis, gubernandis et defendendis, pro XV marcis Brandeborgensis argenti Magdeburg. ponderis, nobis per ipsum solutis, in utilitatem nostre ecclesie converfis, ad vitam duntaxat suam possidendam et habendam, Ita tamen quod cum nos vel alter nostrum, pro tempore cum nostris servitoribus, equis et curribus venerimus, in ipsa curia commode camenate super celarium et novi estuarii parvi juxta eam camenatam et stabuli equorum juxta necessarium in dicta curia ac aliis com-

modis necessariis, pro nostris servitoribus seu familia libere perfruamur et ea retinemus. Et idem dominus Eimko de Lemershofen, nobis ex tunc pro cuiuslibet nostra pecunia in expensis providebit, post eiusdem vero domini Eymekonis obitum, eadem curia ad nos et ad capitulum nostrum, cum omnibus edificiis et meliorationibus suis, sine consanguineorum vel affinium suorum nec non quorumlibet aliorum impetitione, contradictione et impedimento, libere revertetur. In omnium premissorum testimonium presentem litteram, cuius tenorem nobis sub sigillo suo representavit, fecimus nostri Capituli sigillo appendenti sigillari. Datum Brandenburg Anno domini M^{mo}. CCC^{mo}. LXXXIX, die conversionis beati Pauli. Datum Magdeburg Anno domini M^{mo}. CCCLXXXIX in die purificationis Marie virginis meo sub sigillo presentibus appenso.

Nach einer Copie.

CCCLXXV. Dem Domcapitel werden Zinsen aus der wüsten Feldmark Derentin verkauft, am 4. Febr. 1389.

Ik Fritze von Plate und ick Hans Furer, woneftich in deme Dorpe tu Wachow bekennen etc., dat wy hebben verkoft unde verkopen in dessen Brive den erbarn geistliken Mannen Ern Hentzen Proste und sinen Nakomen Prosten unde deme Capittel der Kerken tu Brand. allerlei Tynfs, Bede, Dienst, Holtunge up den Huven unde Wesen tu Derentin unde herende unde liggende tu deme Grenre unde Höltinge in dem Grenre, met aller Tugehoringe so und allet dat wy darwentuher gehatt hebben, nicht utgenomen vor vis Mandel breder behemischer groschen, die die Proft und dat Capitel uns all unde full darvor betalet hebben, unde seggen en des Geldes ledig und lofs unde verlaten dat Gelt up des Prostes unde Capittels Behuf in dessen gegenwordigen Brive unde wy willen noch seholen uns noch unse Erue sich nicht vortmehr darin werren. Des tu Tuge etc. Gegeben upper Borch tu Brand. MCCCLXXXIX. der nehsten Middewekes na unser Fruwen Dage Lichtmesse. Hir sint tu Tuge gegenwerdig by gewesen Er Hinrick Grote Canonick tu Brand., Ern Jan Vere Perrer tu Wachow.

Nach einer Copie im ältern Copiarie.

CCCLXXVI. Der Papsst Bonifacius IX. hebt eine scheidrichterliche Entscheidung auf in Streit-sachen des Domecapitels mit der Neustadt Brandenburg, am 14. März 1389.

Bonifacius etc. preposito ecclesie omnium sanctorum in Wittenberg Brandenburgensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii, prepositus et capitulum ecclesie Brandenburgensis petitione monstrarunt, quod orta dudum inter ipsos ex parte una et proconsules, consules et commune nove civitatis Brandenburgensis de et super quibusdam aque ductibus, piscinis et rebus aliis, ad dictam ecclesiam spectantibus, et eorum occasione parte ex altera materia questionis, tandem partes ipse in Henningum Blankenvelde et Nicolaum Staken, cives dicte nove civitatis tanquam in arbitros, arbitratore et amicabile compositore sub certa pena compromittere curaverunt, qui huiusmodi compromisso in se suscepto et ejus forma minime servata, iniquum inter partes ipsas arbitrium protulerunt, per quod etiam dicta ecclesia, si arbitrium huiusmodi